Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ceribaret sup tractum. Ego autem
rogauit pro te. ut non deficiat fides tua
et tu aliquando conuersus confirma
fratres tuos. Qui dixit ei. Domine
tecum paratus sum in carcerem et in
mortem ire. Et ille dixit. Dico tibi
petre non cantabit hodie gallus do
nec ter abnegas nosse me. Et dixit
eis. Quando misi uos sine sacculo
et sine pera et calceamentis. numquid
aliquid defuit uobis. At illi dixerunt
nichil. Dixit ergo eis. Sed nunc
qui habet sacculum tollat simiter
et peram. Et qui non habet uendat
tunicam suam et emat gladium
Dico enim uobis quoniam adhuc hoc
quod scriptum est oportet impleri in
me. Et cum iniquis deputatus est
Etenim ea que sunt de me finem habent
At illi dixerunt. Domine ecce duo
gladii hic. At ille dixit eis. Satis est
Et egressus ibat secundum consue
tudinem in montem oliuarum. Se
cuti sunt autem illum et discipuli eius.
Et cum peruenisset ad locum dixit illis.
Orate ne intretis intemptacionem et
ipse auulsus est ab eis quantum iac
tus est lapidis. Et positis genibus
orabat dicens. Pater si uis transfe
rre calicem istum a me. Verumtamen non fiat
ego mea uoluntas sed tua fiat. Ap
paruit autem ei angelus de celo confor
tans eum. Et factus in agonia pro
lixius orabat. Et factus est sudor
eius sicut gutte sanguinis decurren
tis in terram. Et cum surrexisset
ab oratione et uenisset ad oratione ad dis
cipulos suos inuenit eos dormientes
pre tristicia. Et ait illis. Quid dor
mitis. Surgite et orate ne intretis
in temptacionem. Adhuc eo loquente
ecce turba et qui uocabatur iudas
unus de duodecim antecedebat eos.
et approximauit iesu ut oscularetur
eum. Iesus autem dixit illi. Iu
da osculo tradis filium hominis.
Videntes autem hi qui circa ipsum
erant quod futurum erat dixerunt
ei. Domine si percutimus in gladio.
Et percussit unus ex illis seruum
principis sacerdotum et amputa
uit auriculam eius dexteram. Re
spondens autem iesus dixit. Sinite
usque huc. Et cum tetigisset au
riculam eius sanauit eum. Dixit
autem iesus ad eos qui uenerant
ad se principes sacerdotum et ma
gistratus templi et seniores. Tan
quam ad latronem existis cum gladiis
et fustibus comprehendere me. cu
cotidie fuerim uobiscum in tem
plo non extendistis manus in me
Sed hec est hora uestra et potestas
tenebrarum. Comprehendentes
autem eum duxerunt ad domum prin
cipis sacerdotum. Petrus uero seque
batur eum alonge. Accensis autem
ignibus in medio atrio et circumsedentibus
illis. erat petrus in medio eo
rum. Quem cum uidisset ancilla
quedam sedentem ad lumen et eum
fixisset intuita dixit. Et hic cum illo
erat. At ille negauit eum dicens.
Mulier non noui hominem illum
Et post pusillum. alius uidens il
lum dixit. Et tu de illis es. Petrus